

hoc sufficiat hodie ad inducendam simoniam. quoniam, ut verissime respondet idem Nauar. Summus Pontifex per hæc verba non intendit asserere, quod sola talis intentio constituat in foro interiori simoniam, sed quod probatio eius faciat in exteriori præsumi illam, quia verique Pius, ut prædiximus, nihil noui prohibuerat: & Quintus solum addidit quatuor modos præsumendi simoniam in exteriori foro, vnde cum inquit per hoc fieri confidentiam, sed quod ea censetur, hoc est, præsumatur: Itaque ¶ intentio illa, etiam vnus partis, tantum debet in foro exteriori probari, ut patet ibi: *Præ illa & illud etiam in euentum regressus, &c. & in vers. itidem & in vers. ad hoc, &c. & in vers. postremo, & in vers. ad præbendam, & in vers. si recipient beneficium, & in vers. vel sola probatio, & in vers. denique quod interfecerit, vbi ponuntur modi probandi præsumptiue dictam confidentiam simoniacam: Cum igitur in foro exteriori iudicandum sit in causa simoniae per coniecturas & præsumptiones, cap. scilicet, de simonia & ibi Dd. Bernard. Diaz in præf. crim. cap. 81. Iul. Char. in præf. crim. tit. de simon. vers. fin. Aym. Crauet. consil. 122. num. 8. gloss. in cap. veniens, el. 1. de testib. vers. illorum, & ibi Abb. num. 4. Dec. 7. idem Dec. consil. 10. num. 9. gloss. fin. in cap. 81. infamatum, & ibi Dd. de simon. in ¶ foro autem confidentia per solam veritatem, & ea attenda, nihil mali in nostra specie intercedat, sed sola intentio recte ordinata à iure non reprobanda, consequitur verum esse in eodem foro confidentia, quod prædiximus, in vers. ultimo sciendum est: & ira iudicio Nauarri in hoc me subscribo, salua correctione sacrosanctæ matris Ecclesiæ, quicquid aliud velit Ant. à Cordub. in sum. de casis de conscientia, quæst. 32. ad 83. fin. dicens attento ¶ dicto motu proprio Pij V. resignantem beneficium in alterius fauorem spe habendi fructus, eos non posset resignatarium dare, nec resignantem accipere sub pœna excommunicationis Papalis & restitutionis: Quem sequitur Lud. Lop. vbi supra: sed non callet mentem motus proprii ac ipsius intentionem, nec rem differit, sicut doctissimus Nauar. ex cuius dictis hæc opinio Cordub. videtur confundi, & contrariam in terminis, semoto omni pacto, non allegato dicto motu proprio nexu obligatione naturali, tenet Mag. Palat. lib. 2. de contrah. & res. cap. 7. pag. 149. vers. non tamen crediderim. Nec me dimouet à prædicta sententia Nauarri quoad forum confidentiæ, quod nouissime auctor quidam tractatus de confidentiis manuscripti, cap. 27. quem referet & sequi videtur Mascard. de probat. 3. tom. conclus. 1307. n. 35. eam improbet: Existimo enim ex supradictis opinionem prædictam Nauar. nihilominus veritiorem esse, cuius auctoritas magna est, & sustineri potest prædicta eius opinio, licet quoad forum exterioris in reliquis, quæ ipse præfatur d. cap. 23. n. 109. & 111. in vers. ad decimum, ibi: undecimo, &c. & nos retulimus supra num. 80. in princ. ei auscultandam non esset, dum arbitrat, non comprehendi in ipsis extrauagantibus confidentias omnes præteritas, nec omnes futuras, quia non licitas nec illicitas omnes, sed simoniacas fuisse complexas sentit: Eius namque opinionem in hoc late reuicet tractatus ille de confidentiis, à cap. 13. vsque ad 26. prout eum refert & sequitur Mascard. vbi supra: Licet enim in hoc esset tenendum contra Nauarum. nihilominus quod prædixit Nauar. de foro interiori animæ, & nos sequuti sumus, recte procedere videtur per supradicta, nempe in confidentia licita, secus in illicita, siue simoniacæ, siue non, & nouissime idem in omnibus supradictis à num. 75. probauit late idem Nauar. in plurib. consil. simul inuic. præcipue consil. 27. & consil. 30. & 33.*

& 36. de sim. qui consil. 34. eiusdem tit. de simonia, late agit; An committens simoniam in beneficio, fiat ipso iure inhabilis ad illud, & quocumque aliud adipiscendum, & iam adeptum? Et resolutio quod per extrauag. Pij V. incip. cum primum, non habeat locum in beneficiis per simoniam adeptis, & sic videtur intelligenda, quod non habeat locum in foro confidentiæ ante sententiam: quod etiam probauit consil. 61. numero 8. de sim.

SVMMARIVM.

- 1 An liceat condemnato ad mortem se defendere, si possit? & num. seqq.
- 2 Nullus ita condemnatur, quod ipse sibi inferat mortem.
- 3 Incarceratus condemnatus ad mortem vel ad membri abscissionem, etiam iuste, licite potest in foro conscientia, si ei fuga patet, eam arripere, & hoc siue peccatum sit publicum, siue occultum, & siue condemnatus sit reus: siue non, ut in n. 5.
- 4 Fugiens à carcere, videns ostium apertum, non punitur ut effractor carceris, sed vt enator arbi rio iudicis mirius.
- 5 Ioan. Maior audiendus non est, dum existimauit, non licere capto iuste fugere ad euadendam mortis pœnam, vbi ex ea fuga custodi damnum sequeretur.
- 6 In carcerato, & etiam iuste damnato an liceat fugere à carcere rumpendo compedes, insurgendo seras, murumque, perforando: & ibi an teneatur ad satisfactionem damni illati ex effractione vinculorum, serarum, aut muri perforationis, & vide n. 3. vers. illud autem.
- 7 Ratio differentia inter vim illatam rebus rationabilibus, & irrationabilibus.
- 8 Incarceratus fugiens non potest licite custodem carceris ligare, aut os illi ne clamet obstruere, posset tamen eum si se teneret, post se fugiens trahere.
- 9 Incarceratus potest nedam funem, quo est ligatus dissoluere, imo & funes scindere, & seras aperire cum clauæ adulterina, etiam si sciât oculos secum alios exituros, & n. 14.
- 10 Is, qui quaritur, ut capiat, iuste aut iniuste potest licite fugere, cum voluntate tamen satisfaciendi tantum, quantum conscientia recta dicit, dummodo non interueniat violentia contra officiales.
- 11 Fugam alterius iurare quando liceat.
- 12 Fugientem à carcere, qui erat iuste captus & condemnatus, an liceat adiuuare, dando ei consilium, & auxilium? & numeris sequentibus vbi an liceat etiam ei ministrare limam, vel aliud instrumentum quo possit se absoluere à vinculis, & carcere, & concurrere in effractione carceris eum simul effrangendo cum condemnato.
- 13 Incarceratus, ad carceris pœnam temporariam vel perpetuam condemnatus, non potest licite fugere à carcere, etiam si id agere possit sine effractione.
- 14 Iuste condemnatus à iudice pro crimine mortis pœna digno an teneatur in conscientia sub reatu peccati à carcere fugere, cum primum potuerit, & n. 19. an liceat ei ibi manere, n. 29.
- 15 Condemnatus iuste, ut fame pereat, peccat mortaliter, si oblatum sibi cibum non assumat, & alia administrantes ei alimenta, si non sint eius custodes, non peccant, & in n. 21.
- 16 Actus quidam sunt directe & immediate tendentes ad mortem ex propria natura: alij vero mediate, &

- & ex accidenti ad mortem opporuni & proximi, ut hic declaratur.
- 17 Vti abstinencia ciborum ad piuum effectum & gratiam deuotionis regulariter licet, præterquam ut hic: nullus tamen cibus vti inediaque opprimi non licet, ut in n. 23.
  - 18 Vti cibus delicatioribus salubrioribusve, ad effectum prolongandi vitam, non tenetur quis, sed tantum vti cibus ad vite conseruationem naturaliter productis.
  - 19 Occidere seipsum non licet cuiquam, etiam ex causa religionis, & martyrii ratione, in fidei testimonium, seclusa diuina iustione.
  - 20 Martyrius licitum fuit in carceribus tyrannorum manere, nec peccauerunt ob non arripream fugam data ipsi opportunitate, etiam si mors ei imminens fuerit & proxima.
  - 21 Damnatus iuste vel iniuste ad mortem, licite potest ascendere furcam absque peccato.
  - 22 Martyres potuerunt licite colla percipientibus submittere.
  - 23 Damnatus ad mortem iuste, vel captus pro delicto ea pœna digno, potest in carcere manere, etiam data fuga opportunitate.
  - 24 Ducer, militese belli iusti, exponentes se maximo periculo belli, ex quo certior est mors, quam eius euasio, in fin. mortalis criminis statim damnandi.
  - 25 Eleazarus vir fortissimus à peccato defendendus eius quod fecit, Machab. 1. c. 6.
  - 26 Fugiens ut ab aliqua oppressione liberetur, si se ipsi in periculum mortis imminens commiserit, & tandem perierit, non est peccati mortalis reus.
  - 27 Captus iniuste potest absque vilo peccato à carceribus fugere, data sibi fugendi opportunitate, quinimo iniuste damnatus ad mortem, si aliter non possit eam euitare, quam effugiendo carcerem, vinculaque rumpendo poterit id absque peccato facere, ut in n. 34.
  - 28 Resistere licet iniquis principalibus ac iudicibus & iniqua sententia.
  - 29 Iniuste captus, si aufugit, in foro exteriori non tenetur aliqua pœna, imo capite puniunt, si cum se iniuste captus non fugit, ut in n. 37. vbi quod nec custos de fuga huius tenetur.
  - 30 Iniuste captus & damnatus ad mortem, qui aliter euadere non potest iniquam pœnam, an possit custodes carceris occidere, & num. seqq.
  - 31 Iniuste condemnatus ad mortem, an teneatur, cum possit effugere à carcere.
  - 32 Reus, qui verisimiliter timet iniuste esse damnandum, tenetur fugam arripere, si potest.
  - 33 Reus, qui in actu executionis sententia pœnam mortis continentis aliquo casu ceciderit in terram illius, an fugere possit, vel sit liberandus tanquam innocens, & n. 44.
  - 34 Clerici sine monachos huiusmodi reum liberantes defendentes atque eripientes è manibus familia, & in Ecclesiam eum introducentes grauiter peccare.
  - 35 Clerici eripientes condemnatum à manibus familia, quando sint puniendi, & quando non.

CAPVT XXIV.

An liceat condemnato ad mortem se defendere, si possit.

¶ T quidem pars affirmatiua probari videtur ex eo; Quod illud, ad quod natura inclinat semper

est licitum, quasi de iure naturali existens: Deo enim auctore naturalis inclinatio vniuersis rebus est indita, sed ipsa naturæ inclinatio est ad restituendum corruptentibus, non solum in hominibus & animalibus, sed etiam in insensibilibus rebus, ut scilicet conferent: Ergo licet reo condemnato resistere, si potest, ne tradatur in mortem, Secundo, quia sicut aliquis sententiam mortis contra se latam subterfugit resistendo, ita etiam fugiendo: sed licitum esse videtur, quod aliquis se à morte per fugam liberet, iuxta illud Eccles. 9. Longe est ab homine potestatem habente occidendi, & non viuificandi: Ergo contra Tertio, ex illo Proueb. 24. Erue eos, qui ducuntur ad mortem, & eos, qui trahuntur ad meritum liberare ne cesset. Ergo licita est defensio atque resistitiam condemnato, ne occidatur, plus enim homo sibi ordine charitatis tenetur, quam alteri.

Nihilominus ¶ tamen in nostra specie distinguendum erit secundum S. Thom. receptum 2. 2. quæst. 69. art. 4. in conclus. & respons. vt liquidum quis iuste sit damnatus ad mortem, non liceat ei se defendere: Licet enim est iudici tunc temporis cum resistente impugnare: Ergo ex parte rei est bellum iniustum, & sic indubitanter peccat: Quia, ut inquit Apostolus ad Rom. cap. 12. qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit, & ipse sibi damnationem acquirit: sed condemnatus se defendendo, potestati resistit, quantum ad hoc, in quo est diuinitas instituta ad vindictam malefactorum, ad laudem vero honorum: Ergo peccat se defendendo: Si vero quis iniuste sit condemnatus ad mortem, licet iudici resistere, nisi forte, propter scandalum vitandum, cum ex hoc aliqua grauis turbatio timeretur; Simile enim est tale iudicium, hoc est, iniustum, violentie latronum, iuxta illud Ezech. 12. Principes eius in medio illius, quasi lupi rapientes prædam, ad effundendum sanguinem: Ergo licet licet resistere latronibus: Ita etiam malo iudici, nisi casu prædicto, & ultra Caiet. in proprio loco eandem doctrinam sequitur & probat Sot. lib. 5. de iust. & iur. quæst. 6. art. 4. in princ. & Frat. Alfon. a Calto lib. 1. de leg. pan. cap. 5. pag. 1562. cum seq. & D. Couar. lib. 1. var. resol. c. 2. n. 12. vbi plures in id citat.

Non obstat primum, quoniam ideo homini data est ratio, vt ea, ad quæ natura inclinat, non passim, sed secundum rationis ordinem exsequatur, & ideo non qualibet defensione sui est licita, sed solum illa, quæ fit cum debito moderamine l. 1. & ibi Dd. C. vnde vi, l. ut vim ff. de iust. & iur. cum similib.

Non ¶ obstat secundum, quia respondeo, quod nullus ita condemnatur, quod sibi ipsi inferat mortem, sed quod mortem patiat, & ideo non tenetur facere id, vnde mors sequatur, quod est manere in loco, vnde ducatur ad mortem; tenetur tamen non resistere agenti, quin patiat, quod iniustum est eum pati: Sicut etiam si condemnatus, vt fame moriatur non peccat, si cibum sibi occulte ministratum sumat, quia non sumere, esset seipsum occidere.

Tertium etiam non obstat, quia per illud dictum Sapientis non inducitur aliquis ad liberandum alium à morte contra ordinem iustitiæ, vnde nec seipsum contra iustitiam resistendo aliquis debet liberare à morte.

Ex ¶ supradicta doctrina Sancti Thomæ sic declarata, primo iam clare deducitur, licere in foro conscientia in carcerato quantumcumque iuste condemnato ad mortem vel ad membri abscissionem, cum ei fuga patet, eam arripere: Non enim vlla lege tenetur in carcere manere nec agere quicquam, ex quo sibi sequatur mors: sed tantum à iudice illam mortem pati, & inferenti non resistere: facit etiam, Nam ignoscendum



ignoscendum est ei, qui sanguinem suum qualiter  
qualiter redemptum voluerit, vt in l. 1. versic. fin. ff. de  
bonis cor. qui ante sentent. mortem sibi conseruare. ex quo  
plura deducata congerit D. Ant. Padil. in l. transigere.  
num. 4. cum seq. C. de transacti. Et in terminis hanc opi-  
nionem & deductionem ex d. l. 1. videtur probare  
Barr. ibi & colligitur ex Pet. de Anchar. & Imol. in  
elem. pastoralis, de re iudic. & ex Thom. & Caiet. d.  
quasi. 69. art. 4. Archid. in cap. cum homo, 23. quasi. 5.  
& ex Ioan. Driedo de libert. Christian. pag. 226. Eandem  
probauit Ioan. Maior. in 4. sentent. dicto 15. q. 22.  
col. 1. & Stephan. & Anton. in d. elem. pastoralis, prout  
eos refert Imol. ibi: quae sententia verior est & tenen-  
da, quamuis Barr. in l. relegati. ff. de pœv. & Abb. in  
cap. 1. de testib. cog. & in c. scilicet, de iur. iur. contra-  
rium expresse teneant, & quamuis in cap. 1. num. 43. de  
constit. in re hae distinguat, dicens, priorem opinio-  
nem procedere, vbi captus iuste post fugam potest  
abique reditu satisfacere iis, ad quorum petitionem  
fuit captus, nempe, pro furto damnosè illato, quod  
restituam possit pecunia; posteriorem vero, vbi fu-  
gientis aliter, quam rediendo & se submittendo pœna,  
satisfacere non potest Reipublicae, vt pote quia cap-  
tus sit pro homicidio, alieue delicto publico; His  
enim non admissis, indistincte tenenda est prior opi-  
nio D. Thom. & sequacium, qui etiam in secundo  
distinctionis membro nuncupatum loquuntur, vt opti-  
me probat, refert, defendit ac sequitur D. Conar. vbi  
suprà lib. 1. var. resol. cap. 2. num. 10. vt res quod si iuste, &  
Salon de iust. & iur. in 2. 2. D. Thom. quasi. 69. art. 4.  
columna 1606. & ampliatur hoc infra num. 34. & 35.  
& ita est tenendum, quicquid contrarium velit D.  
Azeved. in rub. tit. 1. de legib. num. 27. lib. 2. Non Collet.  
Reg.

Et procedit præcedens sententia verior & tenen-  
da, siue peccatum sit publicum, siue occultum, siue  
condemnatum sit reus, siue non, vt sensit S. Thom.  
vbi suprà, & in terminis probatur summa Rosell.  
Albert. Ruin. Pet. de Anchar. & eos referens Syluest.  
in summa, verbo, fugere, num. 1. & ibi Armilla Aur.  
num. 1. & Nauar. in manual. Latin. cap. 17. num. 102.  
contra D. Ant. & summam Angeli, quos refert Syluest.  
vbi suprà, imò & hanc fugam, licet ex fuga delicti  
suspicio oriatur, quandoque maior, quandoque mi-  
nor, ex occurrentibus qualitatibus, Gulliel. à Cugno,  
Butric. Albert. Angel. & Conar. vbi suprà, cap. 2. n. 11.  
existimant, non esse à iudice puniendam, & Paris de  
6 Puteo eum suprà relatis addit quod fugiens à carce-  
re, videns ostium apertum, non punitur vt effractor  
carceris, sed vt enator, nempe arbitrio iudicis, &  
mitius l. 1. de effract. & sequitur plures referens Boer.  
decis. 213. num. 13. 15. & 21. & D. Conar. vbi suprà, d.  
num. 11. ad fin. & Mascart. de probat. conclus. 820. num. 5.  
in 2. tom. Menoch. de arbitr. iudic. casu 301. num. 8. Per-  
tur enim Alcibiadem dixisse, in capitali causa satius  
esse effugere, quam iudicis iudicium expectare, in  
quo neque maati ipse fideret, vt commemorat Plutar-  
chus inter apophthegmata. Audiendus igitur non  
est Ioan. Maior. in 4. distinct. 15. quasi. 22. col. 2. dum re-  
nuit, non licere capto iuste, fugere ad euadendum  
mortis pœnam, vbi ex ea fuga custodi damnum se-  
queretur, ex eo, quod eum index punit pro negle-  
cta carceris custodia vt censent respondendum D.  
Conar. vbi suprà, num. 11. in versic. atque ita censio, &  
merito quidem, vt patet ex supradictis, & præterea,  
quia fugiens hic ostio aperto, suo iure vitur, & cus-  
tos sibi imputet damnum sibi inde subsequutum,  
quandoquidem ostium apertum reliquit vel aliquid  
incutere fecit.

Dubitatur tamen soler; An idem etiam sit dicen-

dem, nempe vt liceat reo capto fugere à carcere, nun-  
pendo compedes, & infringendo seras, murumque perfor-  
rando? Et in hac specie Henric. Gundanum. quodlibet.  
9. art. 25. id negat, arbitratu hoc perinde esse, at-  
que resistere iudici, eius percutiendo ministris: Quia  
licet licitum sit transire per alienum agrum, non ta-  
men diruere sepem eiusdem ad transeundum: Ergo ita  
dicendum est, vt condemnatus, licet dum fores pa-  
tent, fugere valeat, non tamen vincula rumpere: cui  
opinionem applaudunt leges ciuiles, quibus decretae  
sunt pœnae his, qui talia audent, nempe mortis, vel  
saltem capitalis, vt in l. i. de effract. & in l. milites, &  
in l. eius ff. de re milit. l. in eos ff. de custod. reor. Si enim  
effractor licita esset, non posset ea punitio ratione de-  
fendi; si quidem corporalis pœna maxime mortis,  
vel capitalis, siue culpa cuique inferri non potest: igitur  
si predicta punitio iusta est, crimen & culpam  
praemitit ipsa carceris effractione: Quibus ratio-  
nibus & alij hanc opinionem Henrici sequitur atque  
probat Maior d. quasi. 22. Syluest. Armilla Aur. & Co-  
uar. vbi suprà, num. 14. vbi quod non solum hac in spe-  
cie effractor carceris tenebitur ad restitutionem damni,  
nihil quod in effractione carceris & vinculorum dedegit  
(quod concedit Caietanus, tenent contra Henricum  
in principali opinione, vt statim dicemus) sed etiam  
eandem ratione tenebitur ad restitutionem damni, quod  
Reipublicae vel priuatis illatum fuerit ex ea effractione,  
cum alij pro criminibus & ree alieno capti à car-  
cere fugerint.

Nihilominus his non obstantibus, conetarium est  
tenendum in articulo principali, in foro duntaxat  
conscientiae; Imò quod quoad Deum licitum sit reo,  
etiam iuste condemnato, ad mortem, ferrea vincula  
limare, murumque perforare ad fugiendum, tamen si  
non possit iudici vel custodi carceris resistere, manus  
in ipsos iniuriendo: Vincula enim rumpere non sit re-  
sistere, sed fugere, & ideo non est peccatum iniustitiae,  
quia totum reducit, ad hoc, quod est fugere;  
neque quod custodibus ex hac fuga damnum inferatur.  
Et quod ex eo, secundum leges contra ipsos agi  
potest, est in conscientia, quia hoc de per acci-  
dens, est quod ideo fugiens minime tenetur caerere,  
ipsi viderint custodes, quomodo munus suum ex-  
pleant, si enim negligentes fuerint illis imputandum  
est, sicut iudici vel officialibus, quod tam debili-  
ter ostia firmata vel serae fabricatae sunt, vt poterint à  
detento frangi: tenebitur nihilominus in conscientia  
effractor ad satisfactionem damni illati ex effractione  
vinculorum, serarum aut muri perforatione. Et est  
ratio differentiae inter vim illatam rebus rationabili-  
bus & irrationabilibus, quia inter iudicem & damna-  
tum iuste ad mortem, est ex parte iudicis bellum ius-  
tum, ac proinde damnatus non potest se defendere  
nec resistere pugnando contra eum, vel suos officia-  
les, vimque illis inferendo. At vero frangere vincula  
& carceres non est pugnare, sed abolere seipsum à  
continentia vinculorum & carceris, ad fugiendum,  
quod licet, quia per hoc non resistit, pugnat aut de-  
fendit, sed non tenet seipsum in carcere: illata enim  
vis rebus irrationabilibus praesertim non redundat in au-  
ctorem eorum: imò proprie vis non inferitur rebus  
inanimatis, nec brutis animantibus, quae nec domi-  
nium vllum, nec ius habent, sed solis hominibus:  
Vnde neque qui leonibus esset traditus, vim inferret  
iustitiae, dum, vt se defenderet & fugeret; illos occi-  
deret: & ita per supradicta contra priorem opinionem  
Henrici hanc secundam optime & late probauit Caiet.  
super Thom. 2. quasi. 69. art. 4. in respons. ad quasi. 3.  
& 4. & Domin. à Sot. vbi suprà, addens, quod qui  
custodem carceris ligaret, aut os illi, ne clamaret, ob-

strueret

strueret, vim faceret, ac proinde illicitum est, non ta-  
men si eum, dum se teneret, post se fugiens traheret:  
11 Insuper igitur quod sine ligari possint necdum dissolueret,  
imò & fumes scindere, & seras aperire cum clauae adul-  
terina, etiam si qui hæc & prædicta licita, vt prædiximus  
faciens, sciat oculos secum alios exituros, nam  
ipse suo vitur iure, cui cura non incumbit custodiendi  
alios. Eandem sententiam Caiet. contra Henric.  
Syluest. expresse probat Nauar. vbi suprà, d. cap. 17.  
12 n. 102. vbi igitur quod à fortiori fugere potest is, qui qua-  
ritur, vt captiatur iuste aut iniuste, cum voluntate sa-  
tisfaciendi tantum, quantum conscientia recta dicitur:  
idem probant Angel. in sum. verbo, fugere, in fin. &  
Armilla statim in princip. dummodo non interueniat  
violenia contra officiales, qui vellent eum capere,  
quia ipsi habent contra eum iustum bellum, c. qui re-  
sistit, 11. quasi. 3. & ex parte fugientis est iniustum,  
ideo mortaliter peccaret, & idem est de auxiliantibus:  
13 Qua igitur ratione, inquit ipse Nauar. d. num. 102. potest  
quis alterius fugam sine peccato iurare, vt antequam  
captiatur à iustitiae ministris; liberetur, quando nec ex  
obligatione sui officij nec ex mandato Regis, nec al-  
terius superioris, nec ex qualitate delicti, nec ex alia  
re particulari prohibetur, & credit, quod suo iudicio  
sine carcere & pœna respiciet, à peccato. Eandem  
sententiam Caiet. & sequacium sequitur & probat, alios  
elegans Salon vbi suprà, conclus. 3. col. 1607. Illud autem  
de frangente sepem agri alieni ad transeundum, ad  
rem non facit, quia ibi agitur de damno, quod infer-  
tur domino per seipsum ruinam, ad quod etiam frangens  
carcerem tenetur, vt prædiximus: At verò in nostra  
specie de hoc non dubitatur, sed an iste actus effractionis  
carceris reductur ad fugam vel ad pugnam, & vt  
probauimus, potius ad fugam reductur, quam ad  
pugnam. Non obstant etiam leges ciuiles maximam  
pœnam effractoribus carcerum imponentes, ex quo  
iuste praesupponitur grauem culpam in effractione; id  
enim procedit in foro exteriori, in quo reuera cum iuste  
captus & condemnatus sit, nil mirum si acciter is  
effractor carceris puniatur: At verò nos agimus in foro  
tantum conscientiae, in quo etiam iuste condemnatus  
ad mortem, vel membri amissionem ad patiendum  
hanc pœnam in eodem foro interiori teneatur, mini-  
mè tamen ad faciendum id, vnde mors sequatur, quod  
est manere in loco, vnde ducatur ad mortem, ac pro-  
inde poterit licite in conscientia fugere fractis carce-  
ribus, quibus vis proprie non inferitur non tamen iudici  
aut aliis ministris iustitiae resistendo, illiue ali-  
quam iniuriam inferendo: Vnde merito, vt qui licite  
aufugit, non teneatur ad damnum custodis ob suam  
culpam & negligentiam, & sibi contingens. Impu-  
tandum igitur non est fugienti, quia dedit operam  
rei licitæ, & ideo quicquid ex hoc sequitur, non est  
ad eius culpam referendum, cum non est intentione  
ipsum, sed ex accidenti id contingat, vt idem Couar.  
vbi suprà, num. 11. fatetur, & probat cum Caiet. vbi  
captus effugit à carcere nulla effractione carceris, oc-  
cissione aliae corporali iniuria præcedente, alias se-  
cus. Sed igitur tenendo hanc secundam partem Caiet.  
consequentur etiam tenenda ampliatio Domin. à  
Soto, quam modo retulimus, vt procedat etiam si in  
nostra specie effractor carceris sciat, alios secum oc-  
clusos exituros, cum ipse suo vitur iure, nec eidem  
cura incumbat alios custodiendi: tamen Couar. vbi  
suprà, d. num. 14. qui contra Caietan. in principa-  
li puncto tenuit, contrarium etiam huic ampliationi  
profiteatur ac doceat: eius tamen sententia meo iudicio  
procedere recte potest eo casu, quo effractor hic  
hic carceris secum oculos ad fugam inuitaret, mone-  
ret aut induceret, vel saltem de sua effractione cer-

tioraret, itavt ex hoc ipsi exirent: & multos magis à  
inita conspiratione cum aliis carceratis, qui ius fu-  
giendi non habent, id faceret, tunc enim cum ex  
suo dolo aut propria culpa & intentione principali,  
non verò per accidens id contingat, merito vt ad  
damnum relaxandum ex confuga huiusmodi carce-  
rorum læsis teneatur: nec in hac specie loquutus est  
Soto, sed vbi effractor tantum suo iure vitur, ac pro-  
inde operam dat rei licitæ: At verò in præcedenti spe-  
cie, in qua opinionem Couar. saluauimus ac defen-  
dimus, non suo iure vitur effractor carceris, alios,  
quibus non competit idem ius fugiendi, inducendus  
ad fugam, sed imò delinquere videtur, & excedere à  
licito, vnde nil mirum si teneatur læsis damnum relaxare.  
Dubium igitur tamen opportunum est in proposito; An  
licet alius adiuuare huiusmodi iuste captum & condemna-  
tum effugientem, dando ei consilium & auxilium? Vide-  
tur enim id licere, eo, quod opem ferunt danti ope-  
ram rei licitæ, & sicut digni sunt morte, secundum  
Apostolum, qui consentiunt male facientibus, ita per  
contrarium, qui consentiunt licita facientibus, non  
erant. Rursus, oppositum videtur, quia turpis est  
illa pars, quæ non consonat ius totius Publicae autem  
potestas, quæ totum repræsentat, vult illum detineri:  
Ergo non potest absque publica offensa ab aliis ope-  
dari ad fugam. Præterea si huiusmodi cooperantes fu-  
gæ inueniantur: puniuntur; Ergo non est licitum. Quid  
tenendum? In hoc puncto Caiet. super D. Thom. 2. 2.  
quasi. 69. art. 4. in respons. ad questionem quintam, ita  
distinguit, vt siquidem custodibus & aliis ministris  
iustitiae, quibus ratione publici officij est cura ac munus  
fouendi publicam potestatem, ac custodire dam-  
natum, illicitum sit, consilium vel auxilium fugæ  
præstare, quia eis incumbit damnatum vel dam-  
nandum detinere, & veluti proditores & confiltores  
essent fauendo partes detenti: ceteri verò, quorum  
non interest publicam fouere potestatem, licite pos-  
sunt cooperari ad fugam damnati, vt ibi late probat,  
inquiens, quod si opinio in præcedenti questione de  
licita effractione carceris à damnato esse vera, confe-  
quens est, vt igitur his, quæ licite cooperantur ad fugam,  
licet cooperari ad frangendum vincula & carceres,  
eadem ratione subministrando damnato inclusio limam,  
vel aliquid instrumentum, quo possit se absolueri à  
vinculis & carcere, non tamen quod licet aliis con-  
currere ad carcerem, & frangere illum; Nam si non  
licet ire ad frangendum seras domus priuatae; multo  
minus domus publicae, tamen ipsi inclusio hoc liceat.  
Et hanc opinionem Caietan. simpliciter sequitur Syl-  
uest. d. verbo, fugere, num. 1. ibi, Et idem dico de sus-  
fragantibus, quia licet, modo id faciant bono fine  
violencia alicuius & scandalo, maxime custodis, post  
Angel. de Clauis. eodem verbo, versic. idem dico, &  
Armilla Aur. ibi, num. 2. & D. Couar. d. lib. 1. variar.  
resol. cap. 2. num. 14. versic. primum, asserens, quod  
vbi dixit licitam esse fugam, cooperantes fugienti,  
nullam culpam, nullamve vi delictum committunt  
ex natura actus, licet ex accidenti possint delinquere,  
vel quia statui vel officio, quod in Republica gerunt,  
hæc cooperatio repugnat, secundum Caietan. vbi su-  
prà, cuius opinionem in omnibus supradictis sequitur  
& probat Salon. vbi suprà, controuers. 3. collect.  
1611. cum seqq. contra opinionem Soti statim referend.  
Dominicus verò à Soto lib. 5. de iustit. & iur. quæ-  
stion. 6. artic. 4. in versic. verum tamen ex his, est prim-  
um membrum distinctionis Caietan. vbi suprà, circa  
custodes, aliosque ministros iustitiae sequatur ac  
probet, & etiam circa consilium certorum, vt licite  
R r hi



hi possint in foro conscientie carcerato consulere, vt fugiat, quoties ipse licite etiam in eodem foro fugere potest, non tamen ex his subsequi dicit, quod amici condemnati possent vinclo, vel intrinsecus, vel extrinsecus nauare operas suas, vt vincula vel muros dirumpat; Nam ille tantum, cui fugere licet, viam sternere potest, ceteri vero maiorem iniuriam facerent dituendo carceres, quam priuatum domum, essetque in vtroque foro capitale crimen. Quapropter aduersus opinionem Caietan. arbitretur Soto, nemini licere porrigere vinclo, vel limam, vel aliud instrumentum, esset enim iam hoc cooperari, quia non est vera illa regula: Quod si mihi licet aliquid operari, licet aliis me iuuare, quoniam vincula & carceres rumperere solum licet sternenti sibi viam: secus habet consulere alteri, quod ei licet; & quidem hanc opinio Soti aduersus Caiet. secutior ac verior videtur: Nam si ipse Caiet. fatetur non licere aliis concurrere ad carcerem & frangere illum, est in clauso hoc liceat, eadem ratione, & per consequens cogimur dicere, non licere aliis limam, vel aliud instrumentum subministrare in clauso, quo se possit absolueri a vinculis & carcere, cum per hanc subministracionem ex prima & principali intentione cooperetur in effractionem carceris. Paria enim sunt in substantia, cooperari in effractionem ipsam & instrumentum ad id prestare; quo id efficiatur: Si ergo illicitum esse illud ait Caiet. quare hoc permittit per hoc enim ex necessaria consequentia, fracto carcere lima, vel alio instrumento ad id practito, ad idem peruenitur: Ergo vtrumque est prohibitum aliis, tamen soli in clauso liceat, precipue cum non vique quaque absolutum sit, licere ipsi damnato in clauso effractis carceribus, a vinculis effugere, cum, vt vidimus, grauius viti, ac summa doctrina præditi contrarium probauerint, tamen, quod nos defendimus verius censent: Fit igitur vt ad minus idem aliis, quam damnatis in clauso concedamus; & iuxta hanc resolutionem intelligendi sunt ac distinguendi Syl. & Cou. vbi supra simpliciter idem in suffragantibus & cooperantibus, quod in principali dano generaliter dicentes ac probantes.

17 Secundo, ¶ ex precedentibus fit, capto iuste nequaquam licere a carceribus, fugere etiam si id agere possit abique effractione, vbi iudex eum condemnauerit ad ipsius carceris penam temporariam vel perpetuam; hæc enim pena conditionem habet, vt alterius, quam puniti exsequutione minime indigeat, & ideo damnatus tunc temporis censetur ad eam propriam cooperationem subeundam, imò potest hoc casu reus (provt censetur) condemnari non solum ad pati, verum & agere: puta, vt pecuniam soluat, in exsilium secedat, aut in claustrum maneat, & in carcere, non solum ad tempus, verum & perpetuo; In his namque omnibus obedire tenetur & facere, quod sibi iniunctum est, & sic penam huiusmodi sibi inflictam subire, etiam in animæ iudicio, secund. Caiet. vbi supra in resp. ad 2. quæstionem, & Io. Diedo, de liber. Christiana. pag. 226. & D. à Sor. vbi supra in vers. quapropter, & D. Cou. d. n. 14. vers. secundo animaduerendum est, dicentem, id de pena carceris procedere, vbi per sentent. pro aliquo crimine iuste inducitur: quod iure canon. regulariter licet, & iure Cæsar. quoadque, ex notatis in c. quamuis, de pan. in 6. & in l. 1. au. damna, §. silenti, ff. de pan. & in l. 1. de custod. reor. Eandem sentent. in pena carceris temporaria tenent omnes secund. Salon vbi supra. col. 1609. concl. 4. qui secus esse dicit in condemnato ad carcerem perpetuum vel triremes, quia hic potest licite fugere secundum cum aduersus supradictos, exceptis duobus casibus. Verum in omnibus supradictum ego probo opinionem Caietan. & sequacium supradictam contra Salon.

18 Reliquum ¶ est, vt videamus, an iuste capiamus à iudice

pro crimine mortis pena digno, teneatur in conscientia sub reari peccati a carcere fugere, cum primum poterit: Et profecto ex verbis S. Th. 2. 2. q. 69. art. 4. ad 2. videtur, hunc omnino teneri sub pena peccati mortalis à carcere fugere, dicens, damnatum iuste à iudice ad mortem, non teneri manere in carcere, & sic fugere: tantum enim is teneretur pati penam, non autem aliquid agere, ex quo mors ipsa sequatur: & subdit D. Thom. sicut damnatus iuste, vt fame moriatur, poterit cibum sibi oblatum sumere, quia non sumere, esset seipsum occidere: vnde sicut damnatus, vt fame pereat, seipsum occidit, oblatum cibi cibum non assumens ita etiam iuste damnatus ad mortem, cum possit, non fugiat, seipsum occidit. Ex vi igitur equiparationis vtriusque casus à D. Th. factæ videtur eius mentis fuisse, vt hic fugere teneatur in conscientia, cum possit, sicut ille cibum sibi oblatum sumere, nec vterque seipsum occidat. Nihilominus tamen hoc S. Th. non expressit, quia secund. Caiet. ibi, id solum D. Th. probare intendit, damnatum se ad mortem tantum esse damnatum ad patiendum, non vero ad agendum aliquid, ex quo sequatur mors: non tamen per hoc asserit, damnatum ad mortem sui esse homicidam, si à carcere non effugerit, cum poterit: & quamuis postea in damnato iuste, vt fame pereat, dicat, quod non sumere cibum sibi oblatum, esset seipsum occidere ac proinde posse eum sumere, non tamen inde coniciendum est, dicere voluisse, nec dixit in priori casu, nempe de iuste damnato ad mortem, non fugientem à carcere, cum possit, peccatum admitti, cum ex eo, quod maneat in carcere, non sequatur actus directe & immediate ex propria natura tendens ad mortem, sicut in secundo casu: quasi clarius velit Caiet. D. Thom. dum similia esse scribit, præd. duo intelligere in hunc sensum, vt sicut damnatus vt gladio pereat, non tenetur, nec damnatus censetur, vt actum aliquem ipse agat, ex quo mors sequatur, sed vt mortem patiat, ita damnatus, vt fame pereat, non est damnatus, vt aliquid agat, ex quo sequatur mors, sed vt patiat, vt ministrari alimenta: sed ex hoc non censet S. Doct. equalia esse, hunc damnatum non sumere cibum sibi oblatum, & à carcere non exire, cum hæc duo differant penitus, vt latius statim dicemus: Superest igitur inprimis, D. Thom. iuxta sensum ac mentem Caiet. quem probamus hanc partem affirmatiuam non tenere, nec cum verè voluisse, quamuis adduci in curia possit pro taxenda est igitur negatiua in nostra specie sentent. nempe, quod iuste damnatus ad mortem, minime in conscientia sub pena peccati mortalis teneatur oblatum sibi fugam à carcere arripere, quamuis ¶ condemnatus iuste, vt fame pereat, si oblatum sibi cibum non assumat, peccet mortaliter, quia se ipsum occidit, quod non licet. Quod vltimum voluit S. Th. vbi supra, & expresse tenuit Caiet. super eo, in vers. ad octauam, dicens, quod huiusmodi condemnatus debet comedere, vt ius naturæ seruet, nec hoc est impedire exsequutionem sententiæ: tum, quia non est damnatus ad hoc, sc. vt se occidat non comedendo, sed ad hoc, vt subtracta sint sibi alimenta, non à quibuscumque, sed à custodibus, huiusmodi. vnde alij ministrantes tali damnato alimenta, non peccant, ead. ratio, quod possunt adiuuare ad fugam, quamuis nullus teneatur huiusmodi damnato ministrare alimenta, tanquam in extrema necessitate constituto, quia secund. iustitiam ordinem in illa constituitur necessitate. Primum autem, nempe, quod iuste damnatus ad mortem non teneatur à carcere fugere, probat & tenet Soto d. lib. 5. de iust. & iur. q. 6. art. 4. vers. rest. tamen ambiguitas, & ante cum Angel. & Syluest. verb. fugere, c. 2. in fin. & Artil. ant. cod. verb. n. 3. & vtrumque probat & tenet D. Couar. d. lib. 1. variar. resol. c. 2. n. 8. vers. quæ ratione, & n. 10. Ratio ¶ autem differentie inter vtrumque casum est; 20

Quia

Quia sunt quidam actus directe & immediate, ex propria natura tendentes ad mortem. Alij vero sunt actus indirecte, mediate, & ex accidenti ad mortem opportuni & proximi. Primi quidem actus sunt, seipsum gladio vel haustu veneni, vel inedia & fame occidere, & hi nulla ex causa liciti sunt, imò d. semper illiciti & reprobati sunt censendi, vt morte mortale crimen inducentes, ex text. in c. si non licet, 23. q. 1. & D. Aug. lib. 1. de ciu. Dei, c. 20. & 21. D. Thom. 2. 2. q. 64. art. 5. Cum enim actus hi directe in malum tendant ex propria eorum natura, nec vllum possunt habere finem vtilem, sequitur, eos nullos casu posse reddi licitos, sicut. D. Th. & alij frequentissime probant secund. Cou. vbi supra, qui eos refert, & sequitur, & Victor. in relect. de homic. n. 28. & Io. Diedo, de liber. Christi. c. 6. tamen in hac specie Ang. de Clauai. in summa verbo, fugere, n. 1. in fin. & Io. Maio d. q. 22. col. 3. contrarium asserunt. D. à Sor. vbi supra, profrens, non esse sibi proforsus improbabile, quod condemnato iuste, vt fame pereat, licet sibi non edere, quod ibi nititur probare, ac ad rationem D. Th. quod cibos oblatos non sumendo, videtur seipsum occidere, responderet, cuius opinio est communis modo inter Thomistas, vt asserit Salon de iust. & iur. in 2. 2. D. Th. q. 69. art. 4. col. 1619. vbi ipse nouiter concludit, huiusmodi iuste damnatum sententia, vt fame pereat, posse comedere oblatos sibi cibos, & etiam non comedere & fame perire. Secundi vero actus, cum immediate non vergant in crimen & delictum ex sui propria natura, possunt sane ex aliquo bono fine, aut ex aliqua alia causa, esse liciti, sicuti non fugere à loco, vbi periculum mortis imminet, aut pergere eo, quo mortis corporalis periculum adest, & quidem maxim. cōiecturis vt osimile; Hi enim actus cum directe ac ex sui natura immediate ad mortem, & sui ipsius occisionem propriam non ordinentur, sed ex accidenti admixta alior. opera, peccato, vitio ac malitia, possunt aliqua ex causa ab agendi exerceri licite; fieri.

21 Ex supra, ¶ circa primos actus directe & immediate ex sua natura tendentes ad mortem, primo fit, vt alij priuati ministrantes tali damnato alimenta, non peccent, eadem ratione, qua possunt adiuuare ad fugam, vt prædiximus sequitur Salon vbi supra, col. 1621. limitans in ministris iustitiae.

22 Secundum fit, vt ¶ quamuis nullum peccatum sit, vti abstinentia ciborum ad pium effectum, & gratia deuotionis, veluti ieiunare, non admittatur, quod inde sequatur diminutio vitæ corporalis, comperto vero hoc damno, sed præuia pietatis causa peccatum sit veniale, mortale vero, si nullo pietatis respectu fiat, & hoc faciens animaduertat excessum, & ex hoc sibi vitam dimini, secund. Caiet. super D. Thom. 2. 2. q. 146. art. 1. nullis ¶ tamen vti cibis inediaque opprimis, est id pietatis gratia fiat, & mortale procul dubio peccatum erit, vt recte deduxit Cou. vbi supra, d. num. 10. vbi cum Abb. & aliis addit, quod non tenetur quis vti ¶ cibis delicatioribus, salubrioribusve, ad effectum prolongandæ vitæ, licet teneatur vti cibis ad vitæ conseruationem naturaliter productis.

23 Tertio fit, non ¶ licere cuiquam, seclusa diuina iustione, etiam ex causa religionis, & martyrij ratione in Fidei testimonium seipsum veneno occidere, aut alium actum morti immediatum exercere, vt latè probat Sot. lib. 5. de iust. & iur. q. 1. art. 5. & post eum D. Couar. vbi supra, n. 9. vers. secundo inferitur.

24 Non autem deueniendum est ad illationes, quæ ex supradictis circa actus secundos, qui non immediate, sed indirecte vergunt in crimen & delictum ex sua propria natura deducuntur.

26 Et primò ¶ ex illa doctrina inferitur, licitum fuisse martyribus in carceribus tyrannorum manere, neque peccasse, ex eo, quod non fugerint, data fugæ oppor-

unitate, etiam mors eis imminens fuerit & proxima; cum etsi hic actus proximus morti sit, ex eo, quod sequatur mors, vt fatetur D. Thom. medietas tamen est, nec ex sui natura ad mortem ordinatus, ideoque ex bono fine in istaque ex causa martyrij, poterunt martyres absque vlla peccati labe non fugere, quia non tenebantur à carceribus recedere, imò virtuosus opus fuit in Fidei testimonium se morti offerre, vt patet ex his, quæ de martyrio scripta sunt, maxime à D. Thom. 2. 2. quæst. 124. art. 1. Sic Actorum cap. 16. scribitur Paulum & Silam cum essent Philippis coniecti iniuste in carcerem, fugere noluisse, tamen illis carceris diuina virtute patefactis id facere potuissent: Oportebat enim ad Euangelicæ Fidei prædicationem eos non fugere, sed constanter in carcere manere pro Fidei augmento, vt inquit D. Couar. lib. 1. variar. resol. c. 2. num. 9. & præterea (vt existimat Alfonso à Castro lib. 1. de pot. l. panna. c. 5. in primo documento, ante suum in versis. nam propter hanc causam) ne inde occasio alius præberent putandi, eos iuste fuisse in carcerem inclusos, & timore fugisse à carcere; præterea, quod falsa prædicasent, ideo libentibus carcerem elegerunt, vt sic suam innocentiam probarent & suæ doctrinæ veritatem confirmarent.

Secundo ex eisdem ¶ deductur, iuste vel inique damnatum ad mortem posse abique peccato ascendere furcam; Nam quamuis ex hoc sequatur mors, non tamen sequitur immediate & directe, & ideo non dicitur hic seipsum occidere: poteritque hunc actum sponte facere, vt iudici pareat, & quia cogitur nihilominus facere, secundum Couar. vbi supra, num. 10. vers. 5. sicut & martyres poterunt colla percutientibus submittere, vt inquit D. Hieronym. in cap. non est nostrum, 23. quæst. 5. in hæc verba, Non ¶ nostrum mortem arripere, sed illam ab aliis libenter accipere: vnde & in persecutionibus non licet mihi propria perire manu absque eo, vbi castitas periclitatur, sed percutienti colla submittere.

Tertio ¶ apertissime eadem ratione conuincitur, iuste captum pro crimine pena mortis digno, vel ad eam iuste condemnatum, posse etiam data sibi fugiendi oportunitate, in carcere manere, quandoquidem fugere non tenetur, vt prædiximus, & vt delicti fiat satisfactio Reipublice, cuiusque punitio fit in aliorum exemplum, vt à similibus abstineant sceleribus, vt sentit Caietan. vbi supra, in interpretatione verborum Dni Thomæ, & in specie notat Ioann. Maior. d. quæst. 22. col. 5. D. Couar. vbi supra, d. num. 10. vers. sexto.

Quarto ex ¶ superioribus deductur, non statim 30 mortalis criminis damnandos esse duces belli iustimilitelæ, qui vt victoria potiantur, se maximo committunt prælij & conflictus periculo, ex quo certior est mors, quam eius euasio; Hi namque non actum exercent ad propriam eorum occisionem ordinatum, sed eo directe, vt hostes vincant, quamuis omnino periculosum, cum morti fat certo imminenti se exponant.

Hinc Eleazarus vit fortissimus à peccato defendendus est: Is namque cum supereminenter carceris elephantem lorica vestitum Regia aduenteret, arbitratus, quod in eo esset Rex, cursu concito in medium legionis proripuit, & abiecto clypeo, vtraque manu interficiebat bestiam, atque intrauit sub ea, & subiecto gladio interemit eam; Itaque cadens bestia oppressit Eleazarum & mortuus est, vt scribitur Machab. 1. cap. 6. & apud lib. antiquit. 12. cap. 14. lib. de bello Iuda. cap. 1. & refert D. Couar. d. lib. 1. variar. resol. c. 2. num. 10. vers. non, &c. Vnde Eleazarum miris laudibus effert Ambros. lib. 1. de offic. cap. 40.



32 Quo fit, vt si quis, vt ab aliqua oppressione liberetur, fugiens seipsum in periculo mortis imminenti commiserit, & tandem perierit, non est peccati mortalis reus; quippe qui prater intentionem mortem obierit, potius cogitans de fuga ab strupo, aliaue oppressione tyranni, quam de propria morte, quae ei ex actu ad eam propria vi, & natura minime ordinato contigerit, vt probatur ex text. in c. ex parte 2. de sepult. & tenet D. Couarr. vbi supra.

33 Quind ex t' omnibus praecedentibus fit perspicuum, iniuste captum posse absque vilo peccato à carcerib. fugere, data sibi fugiendi opportunitate, vt notatur in l. via eius, c. de probat. & constat ex omnib. auditoribus supracitatis, atque ideo communiter receptum, vt affirmat Couarr. vbi supra, n. 10. vers. in secunda proposita questionis specie, quem refert & sequitur Iul. Clar. in loco statim citando, ibi: *Potesi etiam.*

34 Quinimo si inique damnatus ad mortem, aliter non valeat iniquam condemnationem euadere, quam effrangendo carcerem, vinculaque rumpendo, poterit abique peccato facere, si aliter exire non potest, nec ex hoc ei imputabitur, quicquid sequutum fuerit, quandoquidem secundum Thom. vbi supra d. q. 69.

35 art. 4. licet t' iniquis principibus ac iudicibus, & iniqua sententiae resisteret: quod etiam iure exteriori probatur in l. prohibitum, & in l. defensionis facultas, c. de iure fisci, lib. 10. & notat Archid. in c. cum homo, 23. q. 5. Alex. in l. 1. §. item si quis, ff. de ne quis eum qui in ius vocat. et. vbi exim. & alij vbiq. DD. hocque verum est, praeterquam si graue ex hac re immineret scandalum, aut magna turbatio, secundum D. Thom. & ceteros vbi supra, & vtrunque probat Alfonso à Castro vbi supra, in versiculo ad eum modum, & tenuit etiam D. Couarr. lib. 1. variar. resol. c. 2. num. 12. in princ. & in n. 13. Nec non Salon de iust. & iur. in 2. 2. D. Thom. qu. 69. art. 4. contron. 2. in princ. addens, quod possit in hac specie vim inferre custodibus, & iudici ad se liberandum, citra scandalum tamen.

36 Et quod t' etiam in foro exteriori iniuste captus, si aufugiat, non teneatur aliqua poena, probat Alex. in l. sed eximendi, §. item si quis, ff. ne quis eum, &c. Tirac. & alij, quos refert & sequitur Auiles c. 18. prat. in gloss. carceres, num. 41. & vltra eum idem tenentur Iason in lectura l. admonendi, num. 91. & bi Ripa n. 171. Curt. Iun. num. 5. ff. de iur. iur. dicit communem theoreticam Rol. à Valle consil. 7. num. 47. lib. 1. & Iul. Clar. in prat. crim. lib. 5. §. fin. q. 21. vers. tertio autem modo, ibi: *Sed quando fuit indebite, vbi loquitur etiam, quando cum effractione carceris indebite, & iuris ordine non seruato, carceratus aufugit, Addit Ripa,*

37 quod t' custos non tenetur de fuga illius, qui erat iniuste incarceratus, imò capite punitur, qui captus iniuste non fugit, cum possit, si credimus Auileio vbi supra, n. 42. alios ad idem referenti.

38 Imò t' secundum Lucam de Penna in d. l. prohibitum, vol. 2. in fin. iniuste damnatus ad mortem, qui aliter euadere non potest iniquam poenam, potest custodes carceris occidere, quem sequuntur Paris de Puteo in tract. syndicat. c. resistentia, fol. 9. num. 21 licet idem de hoc dubitauerit, in parte, si iudex processit ad capturam: sed eam sententiam sequitur Hippolyt. in leg. 1. in princip. ff. de quest. & Auiles vbi supra, num. 42. Hec tamen Lucae de Penna & sequacium sententia vera quidem non est nec tenenda, vbi iudex iuxta iuris ordinem, & secundum allegata & probata ad mortem aliquem damnauerit, qui vere innocens sit tunc enim minime licet huic condemnato, ut mortem euadat, iudicem vere innocentem, custodes omnino inculpato occidere, vt bene probat Sor. lib. 4. de iust. & iur. quast. 6. art. 4. vers. emergunt tamen,

dicens, quod t' si huiusmodi innocens possit citra graue scandalum & citra vulnerationem iudicis, eiusque ministrorum se protegere, possit quidem, vtpote non solum fugiendo, verum & includendo se in locum munitum, & forte armatis irretienda ministros: attamen si non possit se defendere, nisi iniuste vulneribus, neutiquam credit licere. Idem probat D. Couarr. vbi supra, num. 13. existimans veram forsitan fore opinionem praefatam Lucae de Penna, & Hippolyti, vbi iudex tyrannice ex certa scientia innocentem damnauerit: & opinio Soti est communis sententia inter Thomistas, vt affirmat eam sequitur, & late probat Salon. de iust. & iur. in 2. 2. D. Thom. quast. 69. artic. 3. controuer. 1. colum. 1599.

Sextò, supradictis t' animaduertis opinatur Couarr. vbi supra num. 10. vers. septimo, inique damnatum ad mortem debere omnino, si possit, fugere, alioqui si in carcere manserit, peccabit profecto maxime vsus temeritate, nulla quidem ex causa iusta id agens, ex quo licet indirecte & immediate mors sequatur, ista temeritas fortasse erit mortale crimen: in quo maxime secundum ipsum est aduertendum: & sub dubio idem prius probauit Sor. dict. art. 4. col. fin. vers. secus autem, vbi quod innocens, qui immeritis condemnatus esset, fortassis teneretur de carcere fugere, praecipue si vita sua vitis esset Reipublicae, Nam aliàs nescit, an vt tale patientiae specimen exemplo Christi praebere, liceret ei sententiam iniquam sponte sua ferre, saltem non fugiendo, crediderim tamen, quod si non hac humilitate & iusta causa ductus, sed ex timore, vel alia negligentia, aut pusillanimitate fugam omiserit, cum possit, eam accipiendi, vitam euadere, propter huiusmodi temeritatem, ac (vt ita dicam) vitæ prodigalitate, peccaret mortaliter, secundum Couarruuiam vbi supra, cui in hoc assentior. Reus t' enim qui timet verisimiliter esse à iudice iniuste damnatum, tenetur fugam accipere, si potest, vt in specie probat Maior in 4. dist. 15. question. 22. colum. 1. quem sequitur & probat Couarruuias dict. lib. 1. variar. resol. cap. 2. numer. 7. vers. quamobrem, ibi: *Nam capius à iudice: est communis secundum Pet. Placam lib. 1. de delict. cap. 13. numer. 6. pro vt eum refert & sequitur Iul. Clar. vbi supra.*

Vltimo, ex doctrina t' B. Thom. supra in princ. buim c. adducta, atque postea explicata, inferatur ad decisionem illius quaestionis; *An si in actu exsequutionis sententiae poenam mortis continens contingat, quod vel securis non possit caput amputare condemnato, vel laqueus rumpatur, vel frangatur, ita vt reus condemnatus ceciderit in terram sanus & insus, nunquid reus fugere possit, vel se liberandum, tanquam innocens, necne?* Quamuis enim huiusmodi reus, etiam iuste condemnatus, fugere possit, non tamen ei licet iudici, ex cuius parte bellum est iustum, nec ministris iustitiae resistere, vt est praedictum: Vnde quamuis iste fugere intenderet, non possit à manibus familiae sine resistentia liberari: sed haec ei non licet: Ergo fugere inane est. Ex hac igitur parte defensio non est licita. Praeterea si iniuste fuit ad mortem damnatus, quamuis tunc liceret ei, iudici eiusque ministris resistere, non tamen vbi ex hoc aliqua grauis turbatio & scandalum certissime subsequeretur ex huiusmodi resistentia contr. iudicem eiusque ministros, statim auxilium Regale imploratus: Ergo nec in hoc casu licita erit defensio & resistentia.

Quo t' fit, grauitur, meo iudicio, peccare eos, siue clericos, siue monachos, aliove, qui huiusmodi condemnatum, qui laqueo fracto cecidit viuis in terram, iuuant auxiliumque ei praestant, & è manibus familiae iudicis eum eciipiunt atque liberant, introducentes eum in

in Ecclesiam, & existimantes sibi id licere, cum laqueus contritus fuerit, quasi miraculo id tribuendum sit: Hi namque aberant, quia vt inquit Apostolus ad Rom. 11. *Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit, & ipse sibi damnationem acquirit:* vnde cum bellum ex parte iudicis sit iustum, vt in dubio praesumendum est pro ipsius sententia, nullus ei resistere licite valet, ne dum ipsemet condemnatus, sed neque alius à fortiori, cui non est vis contraveniendi, & si ex parte sua bellum est iniustum, praeterquam quod his cumalibus reum magis torquet, atque forte non ita poenitentem sicut prius, facienti mori quod quidem index iterum statim suspendere eum faciet, quousque naturaliter moriatur.

Superest vt t' videamus; *An ex alio capite liberandus sit?* Et inuenio Lucam de Penna in l. 1. c. de desertor. lib. 12. col. 6. vers. sed pone, quod damnatus est aliquis, in fine, dicentem, huiusmodi damnatum ad mortem, si dum laqueo fuit suspensus, fracto laqueo, cecidit in terram, liberandum esse in dubio, si protestatus fuit de innocentia, quia credendum est illud factum miraculose. Quem sequitur Paris de Puteo in tract. syndicat. in parte, an si iudex, col. penult. & Philip. Dec. in l. sanctorum biliores, n. 8. ff. de reg. iur. Alciat. reg. 3. praesumpt. 44. n. 4. & Anton. Gom. in 3. tom. variar. resol. c. de tortur. reorum, num. 37. vbi quod in hoc dubio iustus & rectus erit exsequutionem suspendere, quam forte veritati & signo miraculi resistere: sequitur etiam Auiles in c. 1. preter. in gl. mandamos, num. 28. fol. 48. & hoc non modo vulgus ignarus, sed etiam viri docti ita intelligunt, vt refert Iulius Clarus praet. crim. §. fin. quast. 98. vers. vltimo quarto, vbi citat Ioan. Arnon. foliolog. 5. & Bofchus in sua praet. crimin. in tit. de fauoribus defension. 1. & Chaffan. in consuet. Burg. fol. 55. post num. 124. efficaciter sic in praxi obseruatum fuisse in casibus contingitibus, quos viderunt. Quinimo ipse Iulius Clarus de alio simili casu testatur, in quo senatus iussit, vt per dies aliquos superfederetur, intra quos condemnatus possit pacem & gratiam impetrare, & quod ita, nisi fallitur, habita gratia à Principe, fuit dimissus, 10. Maij, 1546. Ferebat tamen in principio quaestionis, quod laquei parum defecisset de ire: Nam omnino est exsequenda condemnatio iuxta formam sententiae, in qua communitur solent adhi illa verba, *Furis suspendatur, ita quod moriatur.* secundum practicam, quam obseruatur semper assessores, teste Iacobo de Bellou. & alijs, quos ibi citat. Tandem refert Pap. lib. 24. tit. 17. arres. 14. dicentem, ita se vidisse in practica obseruari: Ego vero non possum non mirari praed. viros, priorum partem tenentes sine lege & fundam. Si enim hic reus iuste condemnatus est & laqueus casu frangitur, prore facile sine vilo miraculo plurib. ex causis contingere potest & solet, cur impedienda est exsequutio iuste sententiae, & delictum remanere impunitum? Si in praxi aliquando factum fuit obseruatum, id potius de facto, quam de iure factum fuit: Quinimo & nos non semel vidimus contrarium seruatum, nempe, vt non obstante, quod laqueus contritus fuerit, nihilominus delinquentis fuit actualiter iterum suspensus, quousque naturaliter moreretur. Admitti forte possit prior opinio, si debetis referretur ad probationes, veluti si reus esset damnatus per praesumptiones, quod fieri non debet: secus si clare constaret de delicto morte digno, quia quandoque per incantationes miracula hinc, vt tradit Bald. in c. venerabili, de testib. ita declarat addit. Decij vbi supra, quae declaratio mihi vera videtur & tenenda.

Quando autem t' manifeste apparet, condemnatum, qui ducitur ad mortem vel aliud corporale supplicium, inique esse damnatum, si clerici eam à mani-

bus familiae eripiant, nulla est eis imponenda poena, nisi graue scandalum fecerint, vnde deteriora contingant: secus si eripiant iuste damnatum, vel quando esset dubium, an iuste vel iniuste esset damnatus, tunc enim puniendi sunt, vt cum alijs resoluat Bern. Diaz De Lago in sua praet. Canon. c. 102. Mexia in l. Reg. Tole. in 1. fundam. 2. part. n. 24. & Azeved. in l. 3. n. 30. tit. 2. lib. 1. nou. collect. Reg. nihilominus in priori specie saltem mitiori poena essent puniendi, vt dicimus super l. 1. tit. 18. lib. 8. Nou. Collect. Reg. rationibus, de quibus ibi.

S V M M A R I V M.

1. L. cum tale, §. Mania, ff. de condit. & demonst. & l. quous, cod. tit. litem & vera lectura reseruat.
2. Conditio inducens omnimodam viduitatem inre antiquorum spernabatur: secus si induceret viduitatem reseruatam certe persona, loci vel temporis & hodie in re nouo authenticorum quid in hoc dispositum sit, n. 3.
3. Conditio illa, quae a matrimonio spirituali deceret, fortiori ratione reicienda est: sed non est idem obseruandum in conditione, si religionem non ingrediatur, si monachus non fuerit, vt in num. 5.
4. Fundator maioratus post tempore fundationis conditiones adponere, vt ipse per monachationem & clericatum amittatur.
5. Legatum relictum alicui sub conditione, si non nupsit, an possit in foro conscientiae per ac habitum secure retineri, si nuptias contraxerit, & in num. seqq. praecipue num. 13. cum seqq.
6. Heres si probabiliter in proposito de animo legantis dubitatur, non est per confessarium ad solutionem legati adstringendus, antequam per iudicem condemnatur.
7. Quando ille, aduersus quem est praesumptio iuris & de iure, verè sit esse veritatem pro se, & in iudicio vel agit, vel conuenitur, vt rem illam consequatur, vel restituat, iste condemnatus parere tenetur sententiae, nec potest accusare restitutionem, vel à iudicio desistere sub praetextu, quod veritas sit in contrarium.
8. Res acquisita ex contractu nullo ob defectum solemnitatis, consensu contrahentium non desiciente, & cessante dolo alterius partis non est restituenda, in anima iudicio, quia contractus tenent in eo foro, sicut electio beneficij, non seruata iuris canonici forma: & quid in contractu celebrato ab uxore sine licentia viri.
9. Testamentum minus solemnem an debeat in foro conscientiae obseruari, latissime agitur.
10. Dispositio text. in authent. de sanctiss. Episc. §. sed & hoc praesenti, coll. 9. & in authent. nisi rogati, c. ad Trib. habet locum in conscientiae foro, & n. 17. quomodo intelligatur: at non procederet, quando expresse constaret de voluntate contraria testatoris, vt in numero decimo sexto.
11. Forum conscientiae semper veritati innititur, atque ipsam comitatur aduersus praesumptionem legis.
12. Legatum relictum alicui, si non nupsit, quod si nupsit, nihil legabat, nec aliquid consequatur legataria, non debetur etiam in foro exteriori, si legataria nupsit.
13. Legataria vel donataria certo sciens, animum legantis fuisse non aliter legandi vel donandi, nisi existente & adimpleta conditione non imbandi ab eo apposta, non erit tutus per exceptionem rei iudicatae, si pro eo fuerit iuris interpretatione aliud iudicatum: secus si animus legantis fuit incertus, vt in num. 19.
14. Ioannis à Melchyma opinio in proposito ab argumentis Couarr. eiusque sensu defenditur, ipsiusque verba expenduntur.